A. D. 1915. N<u>RUS</u> IV.

CURRENDA

L. 3628.

Constitutio Apostolica

De Sacro ter peragendo in die solemnis Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum.

BENEDICTUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei

ad perpetuam rei memoriam.

Incruentum Altaris sacrificium, utpote quod a sacrificio Crucis nihil natura ipsa differat, non modo coelitibus afferre gloriam, et iis, qui in miseriis huius vitae versantur, ad remedium et salutem prodesse, sed etiam ad animas fidelium, qui in Christo quieverint, expiandas quamplurimum valere, perpetua et constans Ecclesiae sanctae doctrina fuit. Huius vestigia et argumenta doctrinae, quae quidem, saeculorum decursu, tum christianorum universitatem praeclarissimis affecit solatiis, tum optimum quemque in admirationem infinitae Christi caritatis rapuit, in pervetustis latinae et orientalis Ecclesiae Liturgiis, in scriptis Sanctorum Patrum, denique in pluribus antiquarum Synodorum decretis expressa licet et manifesta deprehendere. Id ipsum autem Oecumenica Tridentina Synodus solemniore quadam definitione ad credendum proposuit, cum docuit „animas in Purgatorio detentas fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili Altaris sacrificio iuvari“, eosque anathemate perculit, qui dicerent, sacrum non esse litandum „pro vivis et defunctis, pro peccatis, poenis, satisfactionibus et aliis necessitatibus“. Neque vero rationem agendi huic docendi rationi dissimilem unquam secuta est pia Mater Ecclesia; nullo enim tempore destitit Christifideles vehementer hortari, ne paterentur, defunctorum animas iis carere utilitatibus, quae ab eodem Missae sacrificio uberrime profluerent. Qua tamen in re hoc laudi Christiano populo verti debet, nunquam eius pro defunctis studium industriamque defuisse; ac testis Ecclesiae historia est, cum fidei caritatisque virtutes altius insiderent animis, actuosiorem tunc operam et reges et populos, ubicumque patebat catholicum nomen, in eluendas Purgatorii animas contulisse.

Ea ipsa profecto effecit tam incensa maiorum pietas, ut, plura ante saecula, in Regno Aragoniae, consuetudine paulatim inducta, die Solemnis Commemorationis omnium defunctorum sacerdotes saeculares sacrum bis peragerent, ter vero regulares; quod privilegium Decessor Noster immortalis memoriae Benedictus XIV. non modo, iustis de causis, confirmavit, verum etiam, rogatu Ferdinandi VI. Hispaniarum Regis Catholici, itemque Ioannis V. Lusitaniae Regis,

Litteris Apostolicis die XXVI. mensis Augusti a. MDCCXLVIII datis, ita produxit, ut cuilibet sacerdoti e regionibus utrique Principi subiectis facultatem faceret ter eadem in Solemni Commemoratione litandi.

Procedende autem tempore, permulti, tum sacrorum Antistites, tum ex omni ordine cives, iterum et saepius supplices preces Apostolicae Sedi adhibuerunt, ut eiusmodi privilegio ubique gentium liceret uti; eademque de re a proximis Decessoribus Nostris et a Nobismetipsis, in hisce pontificatus Nostri primordiis, postulatum est haud semel. Nec vero dixeris, causas, quae ad propositum olim afferrentur, iam nunc defecisse; quin immo et exstant adhuc et ingravescunt in dies. Etenim Christifidelium, qui Missas in defunctorum solatium celebrandas vel quovis modo statuerint vel testamento legaverint, pia haec instituta et legata dolendum est partim deleta esse, partim ab iis negligi, qui minime omnium debeant. Huc accedit, ut ex iis ipsis, quorum explorata religio est, non pauci redituum imminutione cogantur, ad contrahendum Missarum numerum, supplices Apostolicam Sedem adire.

Nos igitur, denuo conscientiam eorum graviter onerantes, qui suo hac in re officio non sacisfaciant, caritatae in defunctorum animas, qua vel a pueris incensi sumus, vehementer impellimur, ut omissa cum ingenti earum detrimento suffragia, quantum in Nobis est, aliquo pacto suppleamus. Ea quidem miseratio hodie maiorem in modum Nos permovet, cum, luctuosisssimi belli facibus Europae fere omni admotis, cernimus ante Nostros paene oculos tantam hominum copiam, aetate florentium, immaturam in proelio mortem occumbere; quorum animabus expiandis etsi defutura non est propinquorum pietas, eam tamen necessitati parem quis dixerit? Quandoquidem vero communis omnium Pater divino consilio facti sumus, filios vita functos, Nobis carissimos et desideratissimos, volumus, paterna cum largitate, congesti e Christi Iesu meritis thesauri abunde participes efficere.

Itaque, invocato caelestis Sapientiae lumine auditisque aliquot Patribus S. R. E. Cardinalibus e Sacris Congregationibus de disciplina Sacramentorum. et Sacrorum Rituum, haec, quae sequuntur, in perpetuum statuimus.

I. Liceat omnibus in Ecclesia universa Sacerdotibus, quo die agitur Solemnis Commemoratio omnium fidelium defunctorum, ter sacrum facere; ea tamen lege, ut unam e tribus Misssis, cuicumque maluerint, applicare et stipem percipere queant; teneantur vero, nulla stipe percepta, applicare alteram Missam in suffragium omnium fidelium defunctorum, tertiam ad mentem Summi Pontificis, quam satis superque declaravimus.

II. Quod Decessor Noster Clemens XIII. Litteris die IX. mensis Mai a MDCCLXI datis concessit, id est, ut omnia altaria essent eo ipso Solemnis Commemorationis die privilegiata, id, quatenus opus sit, auctoritate Nostra confirmamus.

III. Tres Missae, de quibus supra diximus, sic legantur, quemadmodum fel. rec. Decessor Noster Benedictus XIV. pro Regnis Hispaniae et Lusitaniae praescripsit.

Qui unam tantummodo Missam celebrare velit, eam legat, quae in Missali inscribitur legenda in Commemoratione omnium fidelium defunctorum; eandem

adhibeat, qui Missam cum cantu celebraturus sit, facta ei potestate anticipandae alterius et tertiae.

IV. Sicubi acciderit, ut Augustissimum Sacramentum sit expositum pro Oratione XL. Horarum, Missae de Requie, cum vestibus sacerdotalibus coloris violacei necessario dicendae (Decr. Gen. S. R. C. 3177—3864 ad 4), ne celebrentur ad Altare Expositionis.

Quod reliquum est, pro certo habemus fore, ut omnes catholici orbis Sacerdotes, quamquam sibi licebit die Solemnis Commemorationis omnium fidelium defunctorum semel tantum litare, velint libenter studioseque insigni privilegio uti, quod largiti sumus. Impenso vero omnes Ecclesiae filios hortamur, ut, memores officii, quo erga fratres, Purgatorii igne cruciatos, non uno ex capite obligantur, frequentes eo die sacris, summa cum religione, intersint. Ita futurum certe est, ut, immensa refrigerationis unda ex tot salutaribus piaculis in Purgatorium defluente, frequentissimae quotannis defunctorum animae inter beatos triumphantis Ecclesiae coelites feliciter cooptentur.

Quae autem hisce Apostolicis Litteris constituimus, eadem valida et firma perpetuo fore edicimus, non obstante quavis lege, antehac lata, a Decessoribus Nostris, de Missis non iterandis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die X. mensis Augusti anno MCMXV, Pontificatus Nostri primo.

P. Card. Gasparri
a Secretis Status.

Ph. Card. Giustini
S. C. de Sacramentis Praefectus.

Visa **M. Riggi**, C. A., Not.

Sacra Congregatio Rituum.

URBIS ET ORBIS.

Decretum de tribus Missis in die Solemnis Commemorationis omnium fidelium defunctorum celebrandis.

Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV. per Constitutionem Apostolicam sub die 10. huius mensis datam, et privilegium trium Missarum in die solemnis Commemorationis defunctorum celebrandarum a Decessore suo fel. rec. Benedicto XIV. Hispaniae et Lusitaniae ditionibus elargitum, et ipsas tres Missas, quas idem Pontifex cuilibet sacerdoti in iisdem regionibus praescripsit legendas, ad universam Ecclesiam benigne extendere dignatus est.

Ut autem omnibus innotescant praedictae Missae, sacra Rituum Congregatio, de ipsius Sanctissimi Domini Nostri mandato, ita in praesenti Decreto eas describit:

Prima Missa est, quae inscribitur in Missali Romano die Commemorationis omnium fidelium defunctorum.

Altera, quae in eodem Missali habetur in anniversario defunctorum cum sequentia *Dies irae* et Orationibus, ut infra:

ORATIO.

Deus, indulgentiarum Domine: da animabus famulorum famularumque tuarum refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per Dominum.

SECRETA.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris pro animabus famulorum famularumque tuarum, pro quibus tibi offerimus sacrificium laudis: ut eas sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per Dominum.

POSTCOMMUNIO.

Praesta, quaesumus, Domine: ut animae famulorum famularumque tuarum, his purgatae sacrificiis, indulgentiam pariter et requiem capiant sempiternam. Per Dominum.

Tertia Missa, quae legitur in Missis quotidianis, cum sequentia *Dies irae* et Orationibus, ut infra:

ORATIO.

Deus, veniae largitor et humanae salutis amator, quaesumus clementiam tuam: ut animas famulorum famularumque tuarum, quae ex hoc saeculo transierunt, beata Maria semper Virgine intercedente, cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuae beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Dominum.

SECRETA.

Deus, eius misericordiae non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostrae: et animabus omnium fidelium defunctorum, quibus tui nominis dedisti confessionem, per haec sacramenta salutis nostrae cunctorum remissionem tribue peccatorum. Per Dominum.

POSTCOMMUNIO.

Praesta, quaesunus, omnipotens et misericors Deus: ut animae famulorum famularumque tuarum, pro quibus hoc sacrificium laudis tuae obtulimus maiestati, per huius virtutem sacramenti, a peccatis omnibus expiatae, lucis perpetuae, te miserante, recipiant beatitudinem. Per Dominum.

Servatis de caetero Rubricis nec non peculiaribus Ritibus Ordinum propriis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 11. Augusti 1915.

A. Card. Vico,
S. C. R. Pro-Praefectus.

Alexander Verde
Secretarius.

Konstytucyą apostolską „*Incruentum altaris sacrificium*" rozszerzył Ojciec święty Benedykt XV. na duchowieństwo całego Kościoła św. przywilej dany kapłanom hiszpańskim i portugalskim, odprawienia trzech Mszy św. w dniu zadusznym. W udzieleniu tego przywileju kierował się Ojciec św. tem, że

wiele dawnych fundacyi mszalnych przestało istnieć, albo uległo koniecznej redukcyi. Drugą zaś pobudką do tego, to obecna wojna pochłaniająca milionowe ofiary w ludziach.

Według brzmienia Konstytucyi pierwszą Mszę św. może kapłan odprawić na swoją intencyę i przyjąć za nią stypendyum, drugą należy aplikować za wszystkich wiernych zmarłych, a trzecią na intencyę Ojca św.

Zaznaczamy przytem, że *gotowe formularze tych trzech Mszy św.* wydrukowane u Pusteta w Regensburgu, *roześlemy na czas jeszcze* do wszystkich Kościołów *za pośrednictwem P. T. Urzędów dziekańskich.*

Suprema S. Congregatio S. Officii

(Sectio de Indulgentiis)

Plenaria Indlugentia „toties quoties“ conceditur in defunctorum solamen die 2. Novembris.

Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X., in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, die 24. Iunii 1914. benigne concedere dignatus est, ut die secunda novembris cuiuslibet anni, christifideles, confessi ac s. Communione refecti, quoties aliquam ecclesiam vel publicum aut semipublicum oratorium, defunctis suffragaturi visitaverint, ibique ad mentem Summi Pontificis oraverint, toties plenariam Indulgentiam, animabus piacularibus flammis addictis tantummodo profuturam, lucrari valeant. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Centrariis quibuscumque non obstantibus.

D. Card. Ferrata,
Secretarius.

† Donatus, Archiep. Ephes.,
Adsessor.

L. 3630.

Modlitwa o pokój.

Obecny miesiąc październik, a z nim nabożeństwo Różańcowe do Najśw. Maryi Panny, zwraca więcej myśl naszą do Tej „Wszechmocy błagającej“, której świat już tak wiele dobrodziejstw zawdzięcza. I w tych ciężkich obecnych czasach ufajmy, modlitwa różańcowa przyniesie nam pomoc.

Rządcy Kościołów Dyecezyi Naszej niech zachęcają wiernych do jaknajliczniejszego udziału w codziennych w miesiącu październiku nabożeństwach różańcowych, do gorętszej a ufnej modlitwy o zmiłowanie Boże i o łaskę rychłego zakończenia tej strasznej wojny. W tym też celu polecamy, aby we wszystkich Kościołach parafialnych, filialnych i kaplicach — tak świeckich jak i zakonnych — dodawaną była do nabożeństwa różańcowego po modlitwie do św. Józefa następująca:

MODLITWA
ułożona przez Ojca św. Benedykta XV. o uproszenie pokoju.

Przerażeni okropnościami wojny, która druzgoce ludy i wstrząsa narodami, uciekamy się o Jezu, jako do ostatecznego ratunku, do Twego najmiłościwszego Serca; Ciebie, Boże miłosierdzia, błagamy o odwrócenie okrutnej klęski; Ciebie, Królu pokoju, prosimy gorąco o pokój upragniony. Tyś promieniami Twego Boskiego Serca rozniecił miłość na świecie, pragnąc, aby po usunięciu wszelkiej niezgody, tylko miłość panowała między ludźmi. Twoje Serce przejęte było podczas ziemskiego Twojego pobytu najgłębszem współczuciem dla bied ludzkich. O, niech się więc wzruszy Serce Twoje i w tej, tak ciężkiej dla nas godzinie, tak pełnej nienawiści, tak okropnej krwi rozlewem!

Zlituj się nad tylu matkami, co drżą o los synów, zlituj się nad tylu rodzinami, co straciły ojca, zlituj się nad nieszczęściwą Europą, co w tak straszliwy popadła zamęt.

Natchnij panujących i narody zamiarami pokojowemi, usuń spory rozdzierające narody, spraw, żeby ludzie znowu się złączyli pocałunkiem pokoju. Ty, któryś ceną Krwi Swojej, braćmi ich uczynił. I jak niegdyś, na krzyk błagalny Piotra Apostoła: Panie, zachowaj nas, giniemy, odpowiedziałeś miłościwie, uciszając morze wzburzone,— tak daj się dzisiaj przejednać, przyjmij łaskawie nasze pełne ufności błagania i wróć światu wzburzonemu ciszę i pokój.

Ty także o najświętsza Dziewico, jakoś nas wyratowała z dawniejszych strasznych doświadczeń, dopomóż nam i teraz, broń nas i wybaw. Amen.

Ojciec święty Benedykt XV. dekretem św. Kongregacyi Officii z dnia 21. stycznia 1915. raczył łaskawie udzielić za każdorazowe (toties quoties) odmówienie tej modlitwy *Corde saltem contrito* odpustu 300 dni, który można także ofiarować za dusze zmarłych.

* * *

Po upływie miesiąca października modlitwa ta ma być odmawianą codziennie po Mszy św. zarządzonej Kurendą VI. z r. 1914.[1])

Polecamy również, aby odtąd kapłani we wszystkich Mszach św., — o ile na to pozwalają rubryki — dołączali zamiast Kolekty „tempore belli“, Kolektę ze Mszy „Pro pace“.

---

[1]) Do niniejszej Kurendy dołączamy po jednym egzemplarzu tej modlitwy. Nabywać ją można w większej ilości egzemplarzy w księgarni Z. Jelenia w Tarnowie.

L. 3508.

Duszpasterstwo względem wojska.

Wzywamy i polecamy usilnie P. T. Duchowieństwu, aby **spełniało zastępczo i bezinteresownie funkcye duszpasterstwa wojskowego** nietylko w tych wypadkach, gdy niema duchownego wojskowego, lecz także i wówczas, gdy duchowieństwo wojskowe nie jest w stanie podołać swym obowiązkom.

L. 663.

Zawieranie małżeństw stojących w polu żandarmów przez pełnomocników.

Otrzymaliśmy następujące pismo: Z c. k. Namiestnictwa L. XII. 43.237. Biała, dnia 15. maja 1915.

Doszło do wiadomości Ministerstwa obrony krajowej, że niektóre Urzędy parafialne przy zawieraniu małżeństw stojących w polu podoficerów żandarmeryi przez zastępców, żądają prócz formalności wymaganych § 76. p. u. c.[1]) i dyspenzy kościelnej [2]), nadto jeszcze pisemnego poświadczenia, że oblubieniec w dniu zaślubin pozostaje przy życiu.

Wspomniane Ministerstwo pismem z 6. kwietnia 1915 L, 1.089. zwróciło na to uwagę Ministerstwa wyznań i oświaty, podnosząc słusznie, że żądany dowód życia oblubieńca w dniu zaślubin może być dostarczony z natury rzeczy tylko z trudnością, a jeżeli miałby się odnosić do chwili, w której dokonuje się zawarcie małżeństwa, to wogóle nie da się przeprowadzić — zwłaszcza, że obecnie nie da się korzystać z telefonu i telegrafu. Wobec tego dowód taki jest prawie bez znaczenia, a zresztą nie wymaga go ani ustawa cywilna ani prawo kościelne, o ile chodzi o małżeństwo katolickie.

Ponieważ przy zawieraniu rzeczonych małżeństw chodzi przeważnie o legitymacyę nieślubnych dzieci i o zabezpieczenie im ewentualnego zaopatrzenia, przeto leży w interesie ogółu, aby zawarcia tych małżeństw nie utrudniać żądaniem formalności niepotrzebnych, w ustawie nie przewidzianych i nie mających znaczenia, gdyż nie dających rękojmi.

Natomiast byłoby wskazane w interesie pewności prawnej zastosować postępowanie praktykowane na wniosek c. i k. Apostolskiego Wikaryatu polnego w podobnych wypadkach w dyecezyi Arcybiskupstwa pragskiego, według którego wzywa się oblubienicę, aby zawiadomiła o zawarciu małżeństwa przez pełnomocnika będącego w polu oblubieńca i wezwała go do pisemnego oświadczenia, że zawarcie małżeństwa przyjmuje do wiadomości, które to potwierdzenie dołącza się do innych aktów ślubnych jako dowód, że narzeczony nie cofnął pełnomocnictwa.

[1]) Paragraf ten opiewa: Uroczyste zezwolenie na małżeństwo może także mieć miejsce przez pełnomocnika; lecz na to musi być uzyskane zezwolenie rządu krajowego (c. k. Namiestnictwa), a w pełnomocnictwie powinna być wyrażona osoba, z którą małżeństwo ma być zawarte. Małżeństwo zawarte bez takiego szczególnego pełnomocnictwa jest nieważne. Jeżeli pełnomocnictwo odwołane zostało przed zawarciem małżeństwa, to małżeństwo jest wprawdzie nieważne, atoli pełnomocodawca jest odpowiedzialnym za szkodę zrządzoną przez swoje odwołanie.

[2]) Na zawarcie małżeństwa przez zastępcę czyli pełnomocnika (per procuratorem) musi być dane poprzednie wyraźne zezwolenie Biskupa.

L. 3177.

Karta korespondencyjna z podobizną Ojca św. Benedykta XV.

Biuro pomocy wojennej przy c. k. Ministerstwie spraw wewnętrznych wydało kartkę korespondencyjną z wizerunkiem Ojca św. według oryginału, na

którym Ojciec św. własnoręcznie napisał słowa: *Religio munda et immaculata apud Deum haec est: adjuvare pupillos et viduas in tribulatione eorum.* Czysty dochód z rozsprzedaży tych kartek przeznaczony jest na fundusz wdów i sierót po poległych żołnierzach naszej armii. Cena jednej kartki wynosi 10 hal. Najlepiej zamawiać je wprost i bezpośrednio w Centrali Biura pomocy wojennej według adresu: Technische Betriebszentrale des Kriegs-Hilfs-Büro's des k. u. k. Ministeriums des Inneren, Wien I. Hoher Markt 5.

Zwracamy uwagę Wielebnego Duchowieństwa na to wydawnictwo i polecamy je życzliwemu poparciu. Jednym niewielkim datkiem przychodzi się z pomocą nieszczęśliwym ofiarom wojny, a zarazem zapoznaje się lud katolicki z Głową Kościoła świętego, co nam także winno leżeć na sercu.

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO.

W Tarnowie, dnia 1. października 1915.

Ks. Dr Władysław Mysor
Kanclerz.

† Leon
Biskup

Nakładem Kleru Dyecezalnego. Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie.